



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXVIII. De festo Patroni & Dedicacionis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

nil aliud no-
post Penteco-
celebratur de
orantium para-
otis Dominicis
ibus, nam tunc
as octava cele-

riusque mensis
Calendis, vel
us, ita ut si
el quarta feria
nica, quæ præ-
Calendæ sus-
prima Domi-
r ipsas Calen-
nitur in prima
t in præceden-
ad Magnificatæ
us Dominica.

post secundas
functorum in
ulo de officio.

2. Missæ

2. Missæ omnes dicuntur pro omnibus fide-
libus. D. sanctis, neque fit iniuria ijs quibus quo-
tidiana fortè extat obligatio Missæ, cum hæc sit
intentio Ecclesiæ. Dicitur tamen vna Missa de
octava post Tertiam in Collegiatis Ecclesijs, &
Missa principalis post Nonam dicitur pro omni-
bus Defunctis à superiore Ecclesiæ.

3. Si habendus sit sermo, hac die, habeatur de
more finita Missa ante absolutionem.

4. Quia hodie fit absolutio solennis Defun-
ctorum & omnes fideles solent illuminare & vi-
sitare sepulchra fidelium, lugubris processio in-
stituta solet, finito ergo summo sacro, aut sermo-
ne, Chorus incipit Responsorium *Libera me Do-
mine, &c.* & si hoc non sufficiat, possint alia ex
nocturnis officij Defunctorum decantari, donec
processio completa fuerit. Celebrans per viam
processionis aspergit & thurificat sepulchra
mortuorum, elevante simbrias pluuiialis à dex-
tris Diacono, Subdiacono autem deferente Cru-
cemiater duos Ceroferarios. Postea in Eccle-
sia Cantores subdunt de more *Kyrie eleyson* &
primus Chorus respondet *Christe eleyson* & secun-
dus *Kyrie eleyson* Celebrans subdet *Pater noster.*
Et ne nos inducas versus & orationem *Absolue*
in cuius fine Celebrans addit versum *Requiem æ-*
ternam, &c. Choro respondente *Et lux perpetua,*
deinde Cantores subdunt *Requiescant in pace.*

TITVLVS XXVIII.

De Festo Patroni & Dedicacionis Ecclesiæ.

1. **F**estum Patroni propriæ Ecclesiæ est festum Carem. Episc.
lib. 1. c. 12.
principale & solemnissimum, ideo Ecclesia
debet elegantissimè ornari. supra fores Ecclesiæ

X 7


apponi.

apponi potest imago Sancti Patroni, & si Ecclesia habuerit indulgentias plenarias in tabella pulchrè elaborata appendantur ad fores Ecclesiarum cum hac inscriptione *Indulgentia plenaria.*

2. Festum patroni loci est quidem primæ classis in tota Diocesi, in ciuitate cum octaua, extra sicut apud Regulares sine ea, non est tamen tanta solennitatis ac festum Patroni proprii loci.

3. Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ & Cathedralis est festum primæ classis. De hac fit octaua tantum in ciuitate, de illa in propria Ecclesia.

4. In Dedicatione propriæ Ecclesiæ solent ardere candelæ ad Missam, & omnes horas, ante duodecim Cruces parietibus infixæ & depictæ, quæ in eius consecratione sacro Chrismate inunctæ sunt.



P A R S VII.

De Ceremonijs Episcopalibus.

TITVLVS I.

*De officio Presbyteri assistentis ad Vesperas
Episcopo Celebrante.*

1. **D**ignior esse debet tam ex Dignitatibus, quàm Presbyteris ipse Presbyter Assistens, quocumque nomine appelleretur, siue Archidiaconus, siue Archipresbyter, in Sacerdotio constitutus, & in Sacerdotalibus officijs expertus, vt Episcopo ministrare possit.

2. In Vesperis induitur superpelliceo ac pluuiali coloris officio conuenientis sine pectorali aut formali ad pectus, & cum Episcopus fuerit

sic